pendit mundum in tribus digitis, quod haebraice dicitur
ENTPIC CUMATI; qui ergo appendit mundum uno sepulchro non po
test contineri. Denique mulieres maria magdalenae & maria iacobi &
ioseph mater pia quidem uoluntate sed erranter dm̄ quaerebant
in sepulchro. Recepit quidem uoluntatem, sed errorem arguit;
Angelus ille qui reuoluebat lapidem sedebat sup lapidem; & quid os
tendebat lapis iste cui ego sedeo, qui seruus sum istius qui certus est,
non potest includere dnm̄ meum cum praeomatur a seruo suo; lapis er
go ille non potuit cludere ihm̄ & dicit ad mulieres quae uenerant ad
querendum eum; ihm̄ quaeritis non est hic; ubi est in caelo, ultra cae
lo est, in terra, ultra terra est; ubicumque uoluerit est; ubicumque
est totus est ubicumque est, & ubicumque fueris tu ipse qui illum queris
in ipso es quem queris; Audi ergo quid dicit angelus ad mulieres; quid
queritis uiuentem cum mortuis quid queritis dnm̄ in sepulchro, ihm̄
queritis, dnm̄ queritis, quia tantum ihm̄ quaeritis; certe si sciretis illum
ee uiuentem audiretis, medius inter uos est quem uos ignoratis; regnum
di inter uos est angelus quid dicit his mulieribus, ihm̄ queritis in sepul
chro credite eum surrexisse, & putatis in uobis quem queritis, maria magda
lene cum uidisset dnm̄ & putasset quod hortolanius sit; putabat illum quod
esset hortolanus; errabat quidem in uisum, sed ipse error habebat typum
suum; Uere enim hostolanus erat. ihs paradisi sui arborum paradisi, puta
bat inquit quod hortolanus esset, & uoluit inquirere pedes eius; & quid
ei dixit dns; noli me tangere, nondum enim ascendi a patrem meum;
noli me tangere quem tantum putas, & non credis resurrexisse; noli me
tangere tibi enim necdum ascendi ad patrem meum; cum tibi ascendero
ad patrem; tunc mereris me tangere; praestante dn̄o nostro xp̄o qui
uiuit & regnat in saecula seculorum amen;
p̄mi mereris me tangere quem in sepulchro queris noli me tangere
EXPLICIT OMELIA IN IOHANNIS EUANGELISTA
INCIPIT DE RECIPIENDO SEUERIANO EPO

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0214